Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37138
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



orente in ihrusalem
Transactis vero duobus annis pro quam stella
viderant magi venerunt ab oriente ihrosolymis
magna deferentes munera qui instanter
interrogant iudeos dicentes ubi est qui natus
est rex iudeorum vidimus enim stellam eius in oriente
venimus ad eum audiens autem herodes rex terrefactus est et
omnis ciuitas cum herode congregans omnes
scribas et phariseos et ipsi doctores interrogauit
ab eis ubi xpt nasceretur at illi dixerunt ei in
bethleem iude dic·ut scriptum est et tu bethleem in
terra iuda nequaquam minima es ut ex te egredietur
dux qui reget populum meum israel et ut audierunt
adorare eum cum eis abierunt magna in vita
apparuit eis stella quam viderant in oriente quae
quidem ante eos ibat donec stetit super
puer videntes autem stellam gauisi sunt gaudio
magno valde et intrantes domum inuenerunt
puerum cum matre eius et procidentes adorauerunt
eum et aperientes thesauros suos obtulerunt ei munera aurum thus et myr
et iussi accepto in somnio ne redirent ad
herodem per aliam viam reuersi sunt in terram suam
interea autem herodes quia illusus est a magis
inflamatus est cor eius et iussit omnes infantes
nolens tanquam eos quos ei pecunia non in
uenisset de anno infra in bethleem et in omnibus
finibus eius occidit pueros a bimatu abinfra
tu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis
et una die antequam fuerit hic annus mutatus est in
somnis ioseph ab angelo dicens tolle puerum et
matrem eius et ioseph vero cum surgens dixit